



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Amor floridus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

CONSIDERATIO C

XXI.

AMOR DEI,

Amor floridus.

SANCTUS & purus Amor libenter moratur in *lectulo* & inter flores virtutum, præcipue delectatur in *lectulo* Caritatis, Lilio Humilitatis, & Viola Patientie. Floride Amor, quia nasceris ab eodem flore, qui dicitur Flos campi. Ego flos campi, ait, vel ut alij legunt, flos abundantis, flos saturitatis: flos, qui faciat abundantiam omnis boni: Floride Amor, ideo vis, Cor, ubi quiescit totum esse floridum. *Lectulus noster floridus.* Quasi diceret Sponsa, *Lectulus cordis mei totum conspersus est, & halat floribus;* ac proinde dignum est spiritum. Veni ergo Sancte Amor, sibi cor meum tuam quam dignum te habitaculum.

Sanctum exercitium, propria occupatio Christiani, de die in diem ornare animam suam floribus variarum virtutum. Digna est praxis, quam in quodam suo libello, *Testamento Christiani*, quidam sermo proponit, ut offerantur quotidie Sanctissime Virgini, saltem tres flores virtutum, Rosa Caritatis, Lilius Humilitatis, & Viola Patientie: & postea sub mortis extremis *ex illis sertum ipsi compingatur*, pro coronatione diademate venerandi sui capitis.

O mortem felicem, ô beatam mortem! Quod tibi tributum hoc remunerabitur Virgo? Certus tibi præmium fore flores cum fructibus. *Flores mihi, inquit, fructus honoris.* Eccl. 24. *Flores mihi oblati, in mortem fructus dabunt, fructus immarcescibiles honoris & consolationis, in æternitate gloriæ.*